

de ratione substantiæ intellectualis secundum se non est q̄ cor
pori uniat̄ur: quia est de ratione rei per se subsistentis: nisi in qua
tum aliquid debet operari in aliquo quod absq; ea fieri nō pos
sit: ut in homine: sed quicquid operatur intelligentia in celo ali
ter per principia celo insita cōmode potest operari: ergo frustra ē
ponere ipsum animatum anima ratiōali. Præterea arguit aristoteles
duodecimo metaphysice sic oportet motum regularem: &
continuum & quantum in se est indeficiētem esse a motore: qui
non moueatur per se neq; per accidēs: & sic plures motus a plu
ribus motoribus: sed cum plures huiusmodi motus sint in celo
sicut probatur per demonstrationes astrologorum multi essent
motores tales qui per se sunt substantiæ intellectuales unitæ ce
lo: ergo plures erunt intelligentiæ in celo: quæ non mouebunt̄
per se neq; per accidens: & sic consequenter non essent unitæ ce
lo: quia si sunt unitæ celo mouebuntur per accidens ad motum
primi celi saltem quæ in locum primum motæ erunt. hoc autē
est cōtra superius dicta ab aristotele. Item si essent unitæ celo se
queretur error saduceorum: qui dicebant nullum spiritum esse:
sed ex opinione antiquorum naturalium dicebant omnem sub
stantiam esse corpoream: & angelos bonos & malos habentes cor
pora quia non comprehendebant nisi animas hominum: & in
telligentias mouentes orbēs quas unitas corporibus arbitrabā
tur: quod. Origenes restrinxit dices nullam substatiām post tri
nitatem diuinam absq; corpore posse subsistere: quem credo sic
ut uerba sonant non intellexisse: sed intellexit diuinam substanciā
else actum purissimum: omnem autem aliam compositā
ex actu et potentia: uel ex esse & essentiā quæ se habent ut mate
ria & forma in eis: haec per bella: sunt responde ad obiecta: quo
cognitu doctrina facilior sit: si libet sic procedere. Astro. Li
bet profecto: & ad primum argumentum respondendo audies i
conueniēs ex illo. s. celum formaliter influit in animam & intel
lectum humanum: & uoluntatem directe: quod omnes catolici
reputant hereticum & falsum sicut est uere. ideo ad hoc cūtadū
oportet dicere q̄ celum non fit animatum anima intellectuali:
nam certum est sicut infra probabitur: & idem probat sanctus
Thomas ubi supra in tertio capitulo uigesimo secundo q̄ oīa i
feriora reguntur & siunt uel producūtur a superioribus corpo